

in quibuscumq; alijs cardinalitijs Congregationibus, nulla pecuniarum, vel solutionis emolumentorum mixtura digne-  
scitur, sed omnes expeditiones dantur gratis omnino, adeo ut neque aliquid pe-  
tere vel recipere liceat per inferiores mi-  
nistros, & operarios, sub praetextu nudi  
laboris, vel operis personalis in scriptura;  
Solumque Partium correspondib; bus,  
qui negotiorum curam habent, aliqua  
moderata merces seu recognitio laboris  
debita est pro negotiorum qualitate, ac  
pro expensis copistarum, siue pro hono-  
rarijs Aduocatorum, & Procuratorum,  
quando eorum operam adhibere qualitas  
negotij exigat.

In ista Congregatione nulla adest  
mixtura Praelatorum, uno excepto, qui  
secretarij munus gerat, atq; unus Cardi-  
nal is eius habet Praefecturam pro sub-  
scriptione literarum, & decretorum, ip-  
siusque Congregationis cura, & directio-  
ne; Atque huic Praefecto Sedes Apostoli-  
ca pro recognitione laboris soluit men-  
strua scuta centum auri, ex quibus ipse  
suppediat aliquam ratam Secretario, pro  
mercede scribarum, & operariorum in-  
feriorum, ac pro expensis chartae, & at-  
tramenti, ut omnia gratis dentur; Itaque  
congregatio qualibet hebdomada vel bis  
in mense pro negotiorum numero vel  
qualitate in die Sabati hodie in Aposto-  
lico Palatio habetur, prius vero habeba-  
tur in domo Cardinalis antiquioris.

Quando super dubio quod proponi-  
tur, alias prodierint resolutiones, cum  
istis procedi solet, atque aliquando abs-  
que aliqua discussione describi, quod den-  
tur resolutiones alias factae; Id autem  
non semper bene procedit, cum solum  
seruandum sit in decretis, vel declaratio-  
nibus generalibus, & in abstracto, quasi  
per viam legis, non autem in resolutio-  
nibus casuum particularium, cum diuer-  
se singulorum casuum circumstantiae, di-  
uersam exigere valeant resolutionem, vt  
alibi aduertitur. M

Eius autem resolutionibus vel decre-  
tis, ipsa Congregatio exequationem non  
præstat, neque in iudicibus se ingerit,  
sed ad Iudices ordinarios, ac Tribuna-  
lia contentiosa ecclesiastica, & compe-  
tentia id pertinet. N


### De Sacra Congregatione super nego- tijs Episcoporum; & Regularium,

#### S V M M A R I V M

- 1 **D**e istius Congregationis erectione;
- 2 **Q**uod decretis non deferatur nisi  
in forma authenticā.
- 3 **D**e quibus negotijs in ea tractetur.
- 4 **Q**uia die teneatur.
- 5 **D**e style deputandi Ponentem.
- 6 **N**on admittitur recusatio ex Capite suspi-  
cionis, & quid ubi Cardinalis habeat  
interesse.
- 7 **Q**uomodo cognoscat causas.
- 8 **D**e style seu modo recipiendi informa-  
tiones, & decidendi.
- 9 **D**e modo exequendi resolutiones.
- 10 **Q**uomodo procedatur contrā Episcopos.
- 11 **D**e codem, & de deputatione Vicarij Apo-  
stolici.
- 12 **D**e deputatione Vicarij sede vacante.
- 13 **D**e potestate Capituli sede vacante.
- 14 **D**e alijs ad materiam negotiorum, que  
aguntur in hac Congregatione.
- 15 **D**e negotijs concernentibus monasteria  
monialium.
- 16 **Q**uod hec negotia dirigantur Episcopis,  
alijsque locorum Ordinarys, etiam in  
Monasterijs exemptis.
- 17 **Q**uomodo cognoscantur, cause Regula-  
rium.
- 18 **D**e codem, & quod cause Regularium  
tractande sunt summariae, in forma  
extra judiciali.
- 19 **D**e style capiendi informationes in nego-  
tijs, & recursibus Regularium.
- 20 **A**d istam Congregationem priuatiū per-  
tinent nouae erectiones, vel suppres-  
siones Monasteriorum, & conuen-  
tuum.
- 21 **D**e congregazione reformationis Regula-  
rium.
- 22 **C**oncedit ista Congregatio beneplaci-  
tum super alienationibus.
- 23 **D**e alijs negotijs huius Congregationis.
- 24 **D**e codem, & quod cognoscat de negotijs  
pertinentibus ad alias Congregationes.
- 25 **A**dbibet regulas prudentiales, neque sem-  
per legalibus se agnoscat subiectam.
- 26 **O**mnes expeditiones dantur gratis.

DISC.

### DISCURSUS XVI.



Sta Congregatio per Six-  
tum V., cum pleriq; alijs,  
per particularem consti-  
tutionem erecta est A; Il-  
laque solum cardinalitia  
est, aliorum mixtrarum

non habens, nisi unius Praelati, qui Secre-  
tarij munus gerat, à quo literæ & decre-  
ta scribuntur, vel subscribuntur, cum  
subscriptione, & sigillo unius ex Cardi-  
nalibus, qui Praefectus dicitur, & sine  
2. quibus copulatiū subscriptionibus, ac si-  
gillo, expeditiones authenticæ non di-  
cuntur, quamvis agatur de decretis vel  
resolutionibus, quæ aliarum causarum  
occasione iam facta sint, & quæ coram  
inferioribus Iudicibus ad probationem  
sive auctoritatem pro alicuius similis ca-  
sus determinatione allegentur, quoniam,  
sive agatur de resolutionibus istius Con-  
gregationis, quam illius Concilij, & alia-  
rum, speciali decreto cautum est, vt non  
nisi ista forma inunit, authenticæ di-  
cantur; Et per consequens extra Curiam  
deferendum non est attestationibus hu-  
iusmodi resolutionum, vel declaratio-  
num, quas aliqui, commendabiles qui-  
dem in sua sphera, pro publica commo-  
ditate, faciūt elaborati ac diligentes Col-  
lectores; In Curia vero, ista solemnitas  
vel forma desiderari non solet, cum de-  
facili defensores alterius Partis, contra  
quam resolutiones allegentur, de illarum  
veritate certificari valeant, ex registris,  
que diligenter conseruantur in Aposto-  
lico Archivio, vt alibi etiam insinua-  
tur. B

Duo diuersa negotiorum genera pe-  
ragit ista Congregatio, quæ propterea,  
quoad negotia curialia fori ecclesiastici,  
3 quæ non concernunt fidem, sed ad Chri-  
stianæ Reipublicæ regimen spirituale  
pertineant, videtur omnium maior,  
ideoque, maiorem habere solet nu-  
merum Cardinalium, ob maiorem nego-  
tiorum multiplicitatē.

Ea, quoties festorum impedimenta  
4 alijs non suadeant, sine intermissione te-  
netur in feria sexta cuiuslibet hebdomadę

in Palatio Apostolico; De mēse vero mar-  
ti, ex eo quod feria sexta est dies festiuus  
vel magnæ deuotionis, ob cōmemoratio-  
nē passionis Domini Nostri, tenetur feria  
quinta, excepto tempore vacationū gene-  
ralium æstuarum, quando aliquantò ra-  
tius teneri solet, iuxta negotiorum ma-  
iore, vel minorem multiplicitatē, seu  
contingentiam.

Vbi agatur de contentiosis causis, quæ  
sub formalī disputationis trutina cadunt,  
5 stylus est huius Cōgregationis, deputandi  
pro singularum causarum propositione  
aliquem Cardinalem, qui causam sibi  
commissam proponat, ad instar Tribu-  
nalium collegialium de quibus infra, iste-  
que Ponens appellatur; Quod etiam in  
plerisque alijs Congregationibus practi-  
catur, non autem in illa Conciliij, in qua  
omnia negotia proponuntur per Secre-  
tarium, prævia tamen dubiorum, ac ne-  
gotiorum, saltim grauiorum descriptio-  
ne in folio, quod per plures dies anteā  
transmittitur per manus singulorum  
Cardinalium Congregationis.

Non admittuntur autem recusationes  
ex capite suspicionis, quod etiam in alijs  
Cardinalibus votare debentibus proce-  
dit; Quinimmo si agatur de causa Eccle-  
siæ Cathedralis, vel Monasterialis, cuius  
aliquis ex Cardinalibus, qui in Congre-  
gatione interueniunt, sit Præful, vel Com-  
mendatarius, aut Protector, non inde ta-  
men inuitus à Congregatione exclu-  
dit; vt plures practicatum vidi; Est ta-  
men bene verum, quod frequentius dis-  
creti Cardinales, aliquod interesse in  
causa habentes, siue scientes quod Pars  
eos habeat suspectos, ex causa, ob quam  
de iuris rigore Iudex recusari posset, spō-  
tē abstinent, atque huiusmodi dubitatio-  
ni ansam non præbent; Idque prudenter  
fit etiam pro causa seruatio, atque ad  
captandum illud arbitrium, quod citrà  
iustitiae præiudicium cadere valeat, cum  
quandoque praxis docuerit, vt quod magis  
aliquis Cardinalis pro interesse affectio-  
nis ratione protectionis in Congregatio-  
ne interuenire voluit, vt iura illius Par-  
tis tueretur, et magis, ab aliorum con-  
stanti integritate, acriorem succuben-  
tiam causa passa sit; Licet quandoque ē  
con-

A. const. 74. Sixti V.

B. disc. 1. in annot. ad Concil. Trid.

## RELATIO ROM. CVR. FORENSIS

conuerso, ista præsentia prodeesse conuenit, iuxta caluum contingentias; Commendabilius tamen est, ut abstineant, ut libenter, ac frequenter tam in his Congregationibus, quam in alijs Tribunalibus sequi solet, etiam in casibus, in quibus de stricta iuris censura, recusatio non intraret; Hinc proinde illæ suspicitionis disputationes, que in aliquibus regionibus, & Tribunalibus adeo frequenter disputantur, pro calumniæomento ad causas zeternandas, in Curia, nunquam, vel nimium raro audiuntur.

Distinguendo itaque negotia Episcoporum ab illis Regularib[us]; Quatenus pertinet ad primam speciem; Verè, & propriè huius Congregationis Institutum est, ex mente erectoris, ut summi, ac in forma extra judiciali audiantur, subditorum recursus, vel querelæ aduersus oppressiones, & grauamina Episcoporum, aliorumque Prælatorum, ac Vicariorum, & officialium, non autem ut peragantur cause priuatæ contentiose, que procelsum ac telam iudicariam exigunt inter partes, quoniam istis non concordantibus, sed una eorum reluctante, remitti debent ad suos iudices ordinarios competentes, ut frequentius praxis docet (licet aliquando non obseruetur.)

Habito igitur recursu per eos, qui se grauatos sentiant, per viam supplicis libelli in forma extra judiciali; Stylus est quod scribitur epistola familiaris subscripta à Præfecto, & Secretario nomine Congregationis, Episcopo, vel alteri superiori, cum insertione copie libelli de super porrecti, ut super contentis in eo, Sacram Congregationem informet; Habitaque informatione, sive fidelis existat, adeòt recurrentes in facto non discordent, vnde propterea quæstio reducatur ad punctu iuris, sive negotium proponitur in S. Cōgregatione, atq; emanat resolutio, pro cuius exequitione, vel obseruantia, etiam per epistolas familiares, illi Episcopo, vel superiori directas, procedi solet; Et quandoque, vbi cause qualitas id exigat, exequitio committitur Metropolitano, seu viciniori, vel alteri Prælato, etiam in hac forma extra judiciali per epistolas familiares; Sive aliquando datur decretum in supradicta forma,

authentica, Præfecti, & Secretarij subscriptione, ac sigillo munitione, ut Partes interessatae ordinarios Iudices adeant, pro iudiciali obseruantia, & exequitione, ideoque desuper expediuntur monitoria Auditori Cameræ, & quandoque etiam literæ Apostolice confirmatoriae in forma brevis, sub annulo Piscatoris, per organum Secretariæ Breuium, de qua supra actum est C, ut ita servatis seruandis, in forma judiciali, cum remedij temporalibus multistarum, vel cum spiritualibus censoriarum, contumaces ad obseruantia compellantur.

Vbi vero ille, a quo informatio petitur, eam dare negligat, sive pretendatur, quod alterata, minusq; vera data sit, tūc committi solet alicui Episcopo viciniori, vel Metropolitano, aut alteri personæ qualificatae in partibus, ut desuper se informet, atq; Sacra Congregationi referat; Ac etiam quandoque pro negotiorum qualitate committi solent Prælati, ac etiam religiosis, aliquique probatis viris informationes, ac relationes secretæ; Et è conuerso vbi de Episcoporum vel aliorum superiorum criminolis gestis agatur, tūc facto verbo cū Sanctissimo, ad præscriptum Concilij Tridentini, & Apostolicarum Constitutionum, committitur alicui Prælato in partibus formalis processus informatiūs, sive iniungitur Auditori Cameræ, ut Commissarium deputat, iuxta negotiorum qualitatem, & contingentiam; Ideoque certa regula generalis desuper statuta non habetur, cum totum pendeat à Congregationis arbitrio, & frequenter ab illo Pontificis, postiū magis, vel minus rigorosa natura, vel stylo.

Quando itaq; dignoscatur adesse gravamina, tūc super eis dantur prouisiones oportunæ, tam pro reuocatione eorum, que sequuta sint, quam etiam ut occurratur futuris, suspendendo quandoq; iurisdictionem, & deputando Vicarium Apostolicum, sive eximendo illam personam, ab eius superioritate, illi dando in superiori aliquem Episcopum ex vicinioribus, & quandoque euocando Episcopum, vel alium superiori ad Curiam, atque si rei qualitas exigat, illum detinendo carceratum in aliquo Monasterio,

rio, seu alias puniendo, aut remittendo Auditori Cameræ, ut seruatis seruandis, eos puniat, etiā cum priuatione Praesulatus, vel cum translatione poenali ad Ecclesiam inferiorem, adeòt certa regula desuper statutu non valeat.

Sede autem Episcopali vacante, in ista Congregatione frequentius (licet quandoque, sed rarius in illa Concilij), habentur quæstiones super deputatione Vicarij Capitularis; Atque vbi dignoscatur, quod ea ad præscriptum Concilij Tridentini, vel decretorum S. Congregationis facta non sit, variazoriri solent prouisiones; Quandoq; etenim, vbi nullitas non proueniat ex vitio personæ, quā constet esse dignam, & idoneam, tūc ipsa deputatio revalidatur, eo modo quo (vt infra) frequens praxis docet in electionibus Prælatorum regularium; Quandoque vero, ipsa Congregatio Vicarium deputat, cum oraculo Papæ, & qui proptereā Apostolicus dicitur; Et quandoque mandatur, ut Capitulum denuo ad electionem procedat, sive Metropolitano, aut Viciniori id cōmittitur (quod tamen rarum est) cum frequentior stylus sit, vel confirmandi deputatum, vel deputandi Vicarium Apostolicum. D

Si vero deputatio fit valida, sed facta sit ad tempus, aut cum aliquibus restrictionibus, (vt Capitulorum frequentior stylus esse videtur), tūc ipsa Cōgregatio, quatenus contingat, desuper per eundem deputatum eam certiorari, eidem rescribit, ut pro toto tempore vacationis, eius manus exerceat, cum vniuersa iurisdictione, neglectis Sibi factis restrictionibus, quas improbat; Et aliquando eidem Vicario Capitulari aliquam communicare solet facultatem, qua ipse careat, putat concedendi literas dimissoriales, ad ordines suscipiendos infra annum, cum similibus; Quod tamen non nisi pro casibus, vel personis particularibus, & ex iusta causa, & quandoque prævia informatione, concedi solet.

D. de hac materia Vicarij Capitularis sub tit. de Canon. & Capit. disc. 24. cum plur. seqq. & in annot. ad S.C.T. disc. 31.

Et de plerisque alijs, de quibus in ista Congregatione agi solet, actum habetur 14 in instrucluo discursu, de quo in Mj. cellan. Ecclesiast., vbi videre facile est, cum altis nimia esset digressio. E

Quamvis autem negotia concernentia regimen Monasteriorum monialium iam fundatorum, sive eorumdem Monasteriorum nouas fundationes, Regulam material potius concernant; Attamen sub ista Episcoporum potius cadere videntur, quoniam nimium raræ sunt, quæstiones, que in hac Sacra Congregatione disputentur, inter moniales, & viros regulares, sub quorum regimine ipsum Monasterium sit (licet quandoque id casus præbeat, ut alibi aduertitur in sua materia F); Sed omnia negotia, que ad moniales pertinent, agi solent cum Episcopis, alijsque locorum Ordinariis; Vel quia ipsæ moniales, tanquam exemptæ impugnat Ordinarij iurisdictionem circa visitationem, & alia, de quo etiam in S. Congregatione Concilij disputari solet G; Vel quia eadem moniales prætendant ab Ordinario grauari; Siue, quod præter antiquum, vel consuetum institutum, nimium eas restringi, ac reformari prætendantur, cum similibus.

Eidem quoque Ordinario rescribere solet; Vel circa vitam communem; Vel circa numerū præfixū; Aut circa receptionē pluriū lororum, contra dispositionem decretorum Apostolicorum; Siue circa receptionem corruptarum, cum præfinitione argumenti dotis; Nec non circa concessionem maioris vel minoris numeri conuersarum, tam in communi, quam aliquibus monialibus in particuliari; Nec non super admissione puellarum gratia educationis; Aut super concessione Confessoriū extraordinariū, quando Ordinarius deneget, cum similibus negotijs, que hoc monialium regimen concernant, dum regulariter pertinent ad hoc organum.

Item per istud organum explicari solet

E. lib. 14. titul. Miscellan. ecclesiast. disc. 1. lib. 14.

F. sub tit. de Regular. disc. 24.

G. de his questionibus sub tit. de iurisd. disc. 26. & seqq. & in annot. ad Concil. Trid. disc. 5.

let beneplacitum Apostolicum, super nouis fundationibus, prævia diligentia informatione, ac discussione requisito. <sup>16</sup> rum, sed hæc & similia cum Episcopis, vel Ordinariis peragi solent, quibus etiam diriguntur literæ, vel prouisiones, in cōtrouersijs, que orientur inter ipsas moniales in electione Abbatissæ; Aut in eiusdem prorogatione ultra triennium, quamvis agatur de Monasterijs exempli; Nisi particularis confuetudo contrarium suadeat, istamque necessitatem tollat, quia nempè respectu exemptorum, hoc munus pertinere soleat ad aliquem ecclesiasticum Prælatum, qui sit Nuntius vel commissarius Apostolicus, cui rectè congruat ratio eiusdem fiducia, quæ habetur de Ordinario, non autem de alijs inferioribus, sub quorum regimine sit Monasterium, putà pro frequentori cōtingentia de Regularibus. H

Quoeverò ad alteram speciem negotiorum Regularium, non intrat superius <sup>17</sup> insinuata, propositio, quæ intrat in negotijs Episcoporum vel sacerdotalium, quod scilicet in priuatis causis contentiosis, cum processu & ordine iudicario peragendis, vna Partium reluctante, ista Sacra Congregatio se non ingerat, sed eas remittat ad suos iudices; Quoniam causas regularium, non solum publicas super regimine Religionis in vniuersum, siue inter vnam Religionem, & alteram, sed etiam priuatas inter ipsos religiosos, super electionibus, officijs, & prælaturis, aut super præcedentijs, alijque præminentij, ceterisq; occurrentijs, generaliter hæc S. Congregatio, cognoscit, & determinat, summi, & de plano, sola facti veritati inspecta, quandoque cum extrajudicialibus probationibus, vel cum sufficientibus iustificationibus, per scripturas, nullo tamen adhibito formali processu, cum Notario, & cum tela iudicaria, quoniam Secretarius vel Cardinalis Ponens conferuat lcripturas, & recipit informationes, ita quedammodo faciendo etiam partes Notarij.

Merito autem, ac prudenter, in causis <sup>18</sup> regularium ita proceditur, quoniam non solum ex dispositione dictæ Sixtinæ Constitutionis, super huius Congregatio-

nis erectione, sed etiam ex antiquorum Canonum, & Canonistarum sensu receptum est, incongruum esse claustralibus religiosis, strepitum fori, ideoque eorum cause cognosci non debent in ordinariis Tribunalibus contentiosis sacerdotalibus, sed intrâ ipsam Religionem, atque per eius superiores, absque figura iudicij, & cum religiosa simplicitate; Si vero agatur de recursibus à grauaminibus ipsorum superiorum, in eadem extra judiciali forma cognoscuntur; Vel per Cardinalem Protectorem Religionis; Vel per istam Congregationem, cum ita quoque intrâ, non autem extrâ Ordinem cognosci dicantur. I

Stylus autem est, quod quemadmodum in dicta alia specie negotiorum <sup>19</sup> Episcoporum & clericorum sacerdotalium & monialium, habito recurso per viam simplicis libelli extra judicialis, scribitur Episcopo pro informatione, eique transmittitur tenor libelli porrecti; Ita in istis negotijs Regularium, rescribitur Procuratori Generali Religionis, qui semper in Curia assistit, & quandoq; eidem Generali pro informatione, qua habita, si vna Partium illam impugnet, atque alteram prætendant, aliae capiuntur informationes & adhibentur diligentia pro veritate indaganda.

Ad istam quoque Congregationem, priuatiè pertinet agere, de nouis fundationibus Monasteriorum, vel Conuentuum, ac decidere causas super oppositionibus aliorum Regularium, & quandoque etiam clericorum sacerdotalium, nisi Papæ videatur aliquam causam committere in Rota, vel alteri Congregationi L; Prout etiam cognoscit super Conuentuum suppressione, quoniam licet adsit alia moderna Congregatio Cardinalium, cum <sup>21</sup> Secretario etiam Prælato super statu & reformatione Regularium, ab Innocentio X. erecta, de cuius voto seu consilio, sequuta fuit eiusdem Innocentij Constitutio super suppressione parvorum Conuentuum; Attamen ista est Congregatio particularis, super dicta reformatione in vniuersum, quæ compatibilis est cum ista ordinaria & generali, eiusque facultates non impedit.

Cum

H. dicto disc. 26. de Regular. & dicto disc. in annot. ad Concil. Trid.

I. tit. de Regular. disc. 1. & 22.  
L. tit. de Regular. disc. 29. & seqq.

## DISCURSUS XVI.

89

Cumque ab Urbano VIII., reuocatae, vel respectiè moderatæ fuerint amplæ facultates, quas ex Apostolicis Constitutionibus habebant Prælati regulares, super alienationibus bonorum, & iurium alias cadentium sub prohibitione Extravagantis Ambitiosæ de reb. eccles. non alien., vndè propterea necessaria est solemnitas beneplaciti Apostolicæ; Idcirco, nè Religiosi, præfertim pauperes cogantur subire sumptus, qui desuper necessarij sunt, pro expeditionibus Datariæ, vel Secretariæ Breuum, istud beneplacitum concedi solet per organum istius Congregationis, ac etiam per illud alterius Congregationis Concilij; Idque aliquando in monialibus etiam practicari solet, quando Monasterij paupertas ita exigit.

Et in summa omnia peragit, quæ Religionum, ac Regularium bonum regimenter, ac directionem concernunt, vndè propterea dicitur Congregatio occupatissima, atque in negotiorum multitudine omnium maior, ob faciles recursus, quærelas, & contentiones Regularium, qui non habentes necessitatem cogitandi ad propriæ personæ, ac familiæ vivitum, & vestitum, aliasque indigentias, se totos occupare solent in dissensionibus inter se ipsos, ita humana conditio ne vel infirmitate exigente, pro qua curanda, sufficiens medicamen adhuc non habemus M

Habet item ista Congregatio latas habenas, agendi etiam de illis negotijs <sup>24</sup> quæ aliarum Congregationum peculia ria sunt, vndè propterea ( vt Urbanus VIII. dicere solet ) ista videtur Congregatio, quodammodo vniuersalis, exceptis causis, [quæ directè Fidei questio nes concernant, siue formalem interpretationem Concilij Tridentini; In reli quis enim, licet adsit dicta Congregatio Concilij, attamen de ijs quæ concernunt exequitionem, vel obseruantiam eiusdem Concilij, eiusque decretorum cognoscit; Prout etiam licet adsit Congregatio Rituum, cuius peculiare munus est cognoscere ac decidere controvierias, super præcedentijs, alijque ecclesiasticis præ-

minentijs, inter clericos sacerdotes & regulares, ac etiam super ijs quæ prætentantur per laicos in functionibus ecclesiasticis, adhuc tamen ista Congregatio istas causas cognoscit; Ideoque priuata singularis cognitione dictæ Congregationis Rituum, versatur in præscribendo ritus super diuinis officijs, ac etiam super canonizatione Sanctorum. N

Ac etiam licet adsit particularis Congregatio super controvieris iurisdictionalibus, ac super ecclesiastica Immunitate, à qua denominationem seu vocabulum sortitur, de qua infra O. Adhuc tamen ista Congregatio, occasione agendi de negotijs, ad Episcopos & Ordinarios locorum pertinentibus, de hac negotiorum specie cognoscit, quando casus præbeat, vt ad eam recursus habeantur.

Et quamvis generaliter huiusmodi cardinalitatem Congregationes, tanquam summarie cognoscentes sibi commissa negotia, se gerant nomine Papæ, potius more Principis, vel supremi Senatus, quæ more iudicis vel Tribunalis contentiosi, ideoq; non subiaceant rigori regulari & propositioni iuris, eo modo quo contentiose Tribunalia subiacent; Praeceteris tamen ista Congregatio, quæ quoddam vniuersale, ac politicum regimen vtriusque cleri sacerdotalis, & regularis, aliarumque rerum ecclesiasticarum haberet, huic restrictioni non subiacet, sed cum regulis seu legibus prudentialibus præ negotiorum qualitate, vel temporum ac rerum contingentij procedere solet; Semper tamen, & in quibuscumque quantumuis grauibus negotijs, gratis omnino, <sup>26</sup> etiam quoad scripturam, adeo ut Partes alio non grauientur sumptu, nisi ( vt alias dictum est ) illa recognitione laboris personalis, ac diligentia correspondalium, qui negotiorum curam habeant; Et quædoque, quatenus negotij qualitas exigat, pro honorario Aduocatorum & Procuratorum, ac pro expensis copista pro informationibus quæ dentur; Reliquum vero totum quod ad suggestionem Agentium & correspondalium à Partibus detur, furtum & illicita extorsio est eorum, qui negotia peragunt, vel aliquorum p.z Relatio. M repro-

N. infra disc. 18.  
O. disc. sequ.

reproborum inferiorum ministrorum  
mechanorum, qui fidem ab eorum do-  
minis habitam fraudent.




---

### De Sacra Congregatione Iurisdictionis, & Immunitatis Ecclesiastica.

S V M M A R I V M .

- 1 **D**e huius Congregationis erectione.
- 2 *Qui nam in ea interueniant.*
- 3 *Praelati sunt relatores causarum, & processuum.*
- 4 *Quare habeatur in ista Congregatione causa processuum, & de immunitate locali.*
- 5 *De immunitate personali, & de alia immunitate reali.*
- 6 *Mecanicum est videre processus.*
- 7 *Quando teneatur, & de quibus negotijs tractet.*
- 8 *An fuerit expediens eam erigere.*
- 9 *Quod stylus huius S. Congregationis sit potius contrà delinquentes, qui ad immunitatem recurrunt.*
- 10 *Vnde proueniat quandoque rigor.*
- 11 *De remissione confugientium sub lege ut non condemnentur ad pænam ordinariam.*
- 12 *De stylo dandi omnes expeditiones gratis.*
- 13 *Et de alio stylo procedendi in forma extra judiciali.*
- 14 *Cognoscit priuatiè de causis immunitatis, & Metropolitanus se non ingerit.*
- 15 *In quo propriè consistat munus huius Congregationis, & quales causas remittat iudicibus competentibus.*
- 16 *De alijs ad materiam remissiæ.*

### D I S C . XVII.

**D**icitur. *Q*uod si in Bullario non sit im-  
pressa; Ideoque super eius facultatibus,  
ac restrictionibus respectuè discurri nō  
potest, eo modo, quo de facultatibus  
aliarum Congregationum, super quibus  
Constitutiones in Bullario habemus, sicuti  
potest.

*H*abet ista Congregatio, cum compe-  
tentí numero Cardinalium, mixtūram  
aliquorum Prælatorum pro Papæ arbi-  
trio, ex quibus quatuor videntur fixi;

2 *V*nus nempè, qui Secretarij munus gerat;  
*V*nus ex Rotæ Auditoribus; *V*nus ex Cle-  
ricis Cameræ, & Aduocatus fiscalis; *A*lij  
verò sūt in maiori, vel in minori numero,  
ut Papæ videatur etiam ex dictis Rotæ,  
& Cameræ Tribunalibus assumi soliti.

*I*sti verò Prælati, vt plurimum, sunt  
relatores causarum qui in Curia Ponen-  
tes dicuntur); Potissimè quia huius Con-  
gregationis negotia frequenter secum  
terunt processus voluminosos, qui per  
Ordinarios locorū, vel per alios iudices,  
& magistratus de partibus transmittuntur;  
Potissimè in causis concorrentibus, ec-  
clesiasticam immunitatem localem, ad ef-  
fectum inspiciendi qualitatem, ac pro-  
bationem criminis, pro casibus exceptua-  
lis per Constitutionem Gregorij XIV.;  
Siue qualitatem loci capturæ, super quo  
sit controværia, an sit immunis nec nè;  
Aut super eiusdem capturæ modo, qui  
immunitatē excludat; Puta (ex.gr.) quod  
captus in loco non immuni, violenter in  
eo actu, secum trahat capientem, qui cū  
detineat, adeòvt ad proximum locum  
immunem accedat, cum tunc non suffici-  
garī Immunitatem S. Congregatio res-  
pondere consuerit, cum similibus. A.

*P*rout etiam processus, & acta de par-  
tibus, transmitti solent, in causis aliarum

spec-